

DISSERTATIO
IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
VALORE MONETAE
MERCATORVM AVCTORITATE
MVTATO.

Q V A M
A V S P I C I I S R E G I I S

CONSENTIENTE

INCLVTO ICTORVM ORDINE

DIE XX FEBR. CICCIOLLA.

PRO
OBTINENDO DOCTORIS GRADU

DEFENDENT

THEODORVS OLBERS
BREMENSIS

BREMENSIS

G O E T T I N G A E
LITTERIS JOANN. CHRISTIAN. DIETERICH



DISSERTATIO
PHYSICO-MATHEMATICA
DE
VALORE MONETAE
MERCATORVM VACUORVM
MATERIALIIS.

TRAVERSICIS ARCIS
INSTRUMENTIS
INSTRUMENTIS
DIE IN ESSO CLOCCIO
EX
OPUS
TESSERIS
СЛІДОВОГО СУДОСНОГО

СЛІДОВОГО СУДОСНОГО
ПРОДУКТИВНОСТІ
ІМВАРІАНТНОСТІ

SPLENDIDISSIMO SENATVI

S. R. I.

LIBERAE ATQUE INCLYTAE

REIPUBLICAE BREMENSIS

VIRIS

PERILLVSTIBVS MAGNIFICIS CONSVLTISSIMIS

PRVDENTISSLIMIS GRAVISSIMISQVE

DOMINIS

CONSVLIBVS

SYNDICIS

AC

SENATORIBVS

PATRIAE PATRIBVS

LA 2

SALVTIS AC LIBERTATIS PVBLICAE
PROPVGNATORIBVS VIGILANTISSIMIS

FAVTORIBVS SVIS ATQVE PATRONIS
INDVLGENTISSLIMIS

HAS QVALESCVNQVE LABORVM
PRIMITIAS

DONINI

CONGRATIBVS

DEVOTA MENTE

SYNDICIS

2A

OFFERT

SENTATORIBVS
THEODORVS OLBERS



CONSPECTVS.

INTROITVS. praefationis loco monetae originem et utilitatem demonstrat.

CAP. I. De re numaria in genere praesertim in Germania nostra.

I. IN GENERE de re monetaria.

a) Vocis numi et pecuniae etymologia. §. I.

b) PRETIVM eius propter praestantiam EMINENS §. II.

c) Damna ex mutatione et depravatione metuenda. §. III.

II.

II. IN SPECIE de iuribus circa rem monetariam obtinentibus.

A. IUS ROMANUM.

- 1) Leges Romanae circa rem monetariam latae. §. IV.
- 2) Cura monetae olim priuatis commissa. §. V.
- 3) Postea publica auctoritate ponderatores constituti. §. VI.

B. IUS GERMANICUM.

I) Antiquum.

- a) Historia depravatorum monetae in Germania generatim. §. VII.
- b) Ratio depravationis. §. VIII.
- c) Custodia rei monetariae priuatis olim commissa. §. IX.

II) Nouum.

- a) Cura publica rei monetariae nouiter introducta. §. X.
- b) Perturbationes tamen tolli non potuerunt. §. XI.
- c) Idemque legibus nouissimis frustra tentatum. §. XII.

CAP.

CAP. II. De Iure Mercatorum circa mutationem valoris Monetae.

I. DE OCCASIONE Mercatorum sibi prospiciendi. §. XIII.

II. DE MODO.

a) Augent pretia mercium. §. XIV.

b) in numis permutandis aequalitatem exigunt. §. XV.

1) interueniente pretio expresse determinato. §. XVI.

2) tacite per usum. §. XVII.

III. DE FUNDAMENTO iuris mercatorum.

A.) Quoad rem publicam.

1) Mercatorum iudicium tamquam artis peritorum est certissimum. §. XVIII.

2) Commerciū eorum externum libertate naturali praeditum est. §. XIX.

3) Princeps enim exteris legem dicere nequit. §. XX.

4) Inde fluit conceptus libertatis commerciorum. §. XXI.

5) In iisque duplex et diuersa monetae aestimatio. §. XXII.

Rationes huius diuersitatis sunt

a) Comunes aliis rebus. §. XXIII.

b) Pecuniae propriae. §. XXIV.

B.) Quoad priuatos. §. XXV.

IV.

IV. DE RÉMEDIIS auertendi damna, quae ex valore ita mutato, in
republicam redundant:

A. Spurii.

i) Dissolutio commercii. §. XXVI.

ii) Prohibita monetae exportatio §. XXVII.

B. Veris.

Emendatio monetae, et austro commercii actiui. §. XXVIII.

C. Cura Senatus Bremensis circa rem monetariam. §. XXIX.

DIS.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

VALORE MONETAE AVCTORITATE
MERCATORVM MVTATO.

INTROITVS.

Effecit mutua hominum indigentia, vt, non diu solo nexus originario contenti, quem inter omnes homines natura introduxit, mox in arctiores societates coirent, commerciaque colerent. In iis autem primo eorum tempore, cum nemo alteri rem suam dare teneretur, omnia inde pendeant, quod quis egeret re alterius, ea que potissimum, qua alter sine suo incommodo carere poterat: et quod alter vicissim, aliam quandam rem superfluam haberet, quae alteri praestare posset utilitatem. Quum vero haud raro contingret, vt, quod vnuſ habe-

A ret,

ret, alter haud desideret, vel quod ynus non haberet, quod alter desiderabat; ideoque indigentiae mutuae subueniri haud possit: assumta denique est, quantitas quaedam physica rei cuiusdam determinata, ex qua illud metiri daretur. Et res ista, cuius definita quaedam quantitas physica sumitur pro mensura pretii obiectorum quorumuis aestimandorum, **P E C V N I A** vocatur *a*). Optime hanc commerciorum constitutionem narrat **P A V - L U S** *b*): origo, inquit, emendi vendendique a permutationibus coepit *c*). Olim enim non ita erat numus, neque aliud merx, aliud pretium vocabatur. Sed vniuersisque, secundum necessitatem temporum, ac rerum, utilibus inutilia permutabat. Quando plerumque euenit, ut, quod alteri supereft, alteri defit. Sed quia non semper, nec facile concurrebat, ut, cum tu haberet, quod ego desiderarem, invicem haberem, quod tu accipere velles *d*), electa materia

a) conf. **B. A C H E N W A L L I I** VIII. apud **G R O T I V M** in I. B. et Ius Naturae §. 205.

b) in l. 1. pr. ff. de Contrah. Emt. de indigentia accidit; idem in numero videtur est. Nam sicut ea, non

eadem semper, nec enim alienis rebus aeque semper opus est nobis; sic nec numus idem semper valet, sed mutatur, et cum prius plus valuerit, postea aut minus aut nihil valet: *diurnius autem est numerus pretium: eoque, ut mensura alia-*

rūm,

est, cuius publica ac perpetua aestimatio difficultatibus permutationum aequalitate quantitatis subueniret. Eaque materia, forma publica percussa, usum dominiumque non tam ex substantia praebet, quam ex quantitate. Nec ultra merx utrumque, sed alterum pretium vocatur. Ex qua narratione facili negotio intelligitur, ipsam denique necessitatem invexisse numi usum, eoque uno hisce difficultatibus potuisse subueniri, quum is, non substantia, sed quantitate aestimetur, et recipiatur ab omnibus, ob pretium, quod publica auctoritate illi tributum est, et aequalitas, ac mutua inter res et pretium relatio, quae olim mere arbitraria erat, et ab usu, quem res vicissim praestandae praebebant, pendebat, in numero et in quantitate facillime possit reperiri.

rum, quae comparantur, rerum vii
solentus. conf. quoque RUDOLPHI s. Resp. MONFEL Diff. de

origine et natura numi. Helmstad.
MDCLIX.



6



C A P V T I.
R E N V M A R I A
IN GENERE
PRAESERTIM
I N G E R M A N I A N O S T R A.

§. I.

VOCIS NVMI ET PECVNIAE ETYMOLOGIA.

*N*umus vel numisma, obseruante **B. A Y R E R O** a), inde dicitur, quod valorem φύσει, ἀλλαχ' ρόμῳ, non natura, sed lege consequitur b), vel principum, quorum auctoritate cuditur, nominibusque effigiebusque signetur

a) in progr. de emendatione legali rei monetariae in Germania perturbatissimae.

b) Ita ARISTOTELES distinguit Ethic. ad NICOM. L. V. C. V. VII. et VIII. et lib. Pol. I. Ele-

ganter hic numum et legem comparat, et utriusque cognitionem ostendit. BROEVS in parallelis legis et numi ap. MEERMANN in Thes. Iur. civilis et canonici. Tom. IV. p. 748. sqq.

tur c). Moneta vero a monetando, sive quod ciues subiectionis suae, sive quod de nostris temporibus futura secula, sive quod, ne qua fraus in metallo vel pondere fiat d), per fabricatores, sive quod nota inscripta, vel augusta, qua fulget imago, emtores venditoresque, vel potius quemcunque dantem accipientemque, et auctoris et valoris moneat; deque iusto pretio certiores reddat e). Pecuniae autem nomen, pecudi, cui surrogatus est numerus, sine dubio debetur; notat enim OVIDIUS f) primo apud Romanos SERVIVM TVL-
LIVM regem, aes, nota pecudis signasse, indeque pecuniam dictam esse. Antiquissimis enim temporibus, Romanos, vt et aliae gentes, permutatione, praecipue pecoris vfos esse, notat NIEPORT g): et addit, verba emendi graece proprie hoc significare. Hinc non incommodè pecunia signum permutationis rerum et mercium h) passim vocatur.

§. II.

PRETIVM EIVS PROPTER PRAESTANTIAM EMINENS.

Cum itaque moneta semel esset introducta, vt mensura sit aliarum rerum, in eo potissimum sese exserit
A 3 eius

c) ISIDOR. Origin, Lib. XVI. moneta. BOGER de Regalibus c.
cap. XVII.

d) conf. GABR. BIEL de monetarum potestate et utilitate, in fronte collectionis tractatum variorum atque utilium de monetis earumque mutatione et falsitate.

e) TVRNER Adversar. IV. 30.
VOSSIVS in Etymologia, voce

II. n. 224.

f) Fastorum V. v. 281.

g) in Antiquit. Rom. Sect. VI.
cap. III. §. I.

h) vid. MONTES QUIEU
Esprit des lois, livre XXII. c. II. HV-
ME Miscell. T. I. p. II.

eius praestantia, quod per se minime flectatur, sed aurum, argentum, aes, per se ferme tandem ubique et semper valeant; quo factum est, ut certa pecuniae quantitas, omnibus obiectis permutandis substitui posse iudicaretur. Hinc recte ARISTOTELES a), monetam, unicum elementum sive instrumentum rerum communicandarum et permutandarum dixit, id est, mensuram communem, ad quam omnia, etiam inter se dissimilia et disparia, in tanta rerum diuersarum ad vitae sustentationem necessiarum indigentia, quae haud dubie mater est omnis commercii b), aestimari, atque sibi inuicem exaequari possunt. Neminem igitur fore, credo, qui non cum PHIL. AVTHAEO c) facile assensum praebeat IOANNI BODINO d) ita scribenti: *Mibi, firmissima quoque rerum publicarum munimenta contemplanti, rei numariae curatio non tantum utilis, sed etiam ciuitatibus tantopere necessaria videtur, vt sine ea, commode confundere non possint.* Et licet abusus humorum, et sacra auri fames, haud raro miseris mortales ad infelices humorum aceruos cumulandi conatus rapiat, ita, *vt recte TACITVS e), argentum et aurum, an propitiis an irati Dii majoribus nostris negauerint,* dubitet: verus tamen eorum usus in commerciis hominum tantus est, *vt nihil unquam, ab ingenio hominum praestantius excogitatum videatur,* et nihil utilius. Utilitatem, cum qua hoc institutum coniunctum

a) loc. cit. cap. V.

b) BOECLER diss. de mensura pretii. HENR. DE COCCEII in diss. de vero rerum pretio §. 2. 3 et 28. et in not. ad HVG. GROTTIVM alleg. loco.

c) in Praef. AD MELCHIOR GOLDAST. catholicorum rei monetariae.

d) de Republica Lib. VI. cap. III.

e) de moribus Germanorum cap. V.

iunctum est, non facilius quisquam intelliget, quam comparatis intensis commerciis, qualia ea ante inuen-tum numum est oportuit, et qualia sunt ab eo tempo-re, quo institutum istud, pene communi omnium Gen-
tium suffragio comprobatum est. Omnino igitur, PRE-TIVM, quantitate pecuniae definitum, iure meritoque
EMINENS vocatur.

§. III.

DAMNA EX MUTATIONE ET DEPRAVATIONE
METVENDA.

Quo maior est pecuniae necessitas atque vilitas, eo magis depravationi numorum prospiciendum, cum ea res, incredibile adferat singulis ac vniuersis detrimentum: ac, non modo non corrumpi, sed ne mutari quidem potest sine incommodo ciuitatis, quoniam mutatione pretii et numismatum, census etiam, ac bonorum cuiuscunque dubitationem ad fert. Quo fit, vt nemo, quantum in bonis habeat, decernere possit: incerta sunt paecta conuenta, quae versantur in societatibus, tutelis, mandatis, rebus emtis, venditis, conductis, locatis, quibus vitae societas continetur; incerti reditus, incerta vectigalia, tributa, denique poenae ipsae ac praemia, quae a legibus et iudicibus irrogantur, incerta sunt futura, postremo, aerarii opes, ac multa tum in publicis, tum in priuatis rebus rationibusque, dubia ac suspensa fore necesse est.

§. IV

LEGES ROMANAЕ CIRCA REM MONETARIAM.

Quantacunque itaque vtilitas omnium, quam ex monetis percipere student, et possunt, oriatur, tanta ex eorundem depravatione facile oritur laesio et iactura, quam historia omnium gentium, penes quos commercium floruit, et pecunia recepta est, docet. Varias iam apud Romanos fuisse falsariorum artes, circa monetam publicam, seuerae principum illorum temporum in adulteratores sanctiones, comprobant. Ita erant, qui monetas conflarent, id quod speciali Titulo *Codicis Theodosiani* a) prohibetur: alii, separato ab aere argento, pretio iusto spoliabant, quod maiorinae potissimum pecuniae, id est, ex argento et aerè conflatæ, contigisse, obseruat *JACOBVS GOTHOFREDVS* b), qui et de ipsa detestabili hac arte fusius differit. Alii, exteriori circulo abraſo, iustum illi pondus detrahebant, quod facinus vivi comburii, vel alio capitali supplicio expiari iusserat *CONSTANTINVS* c), quemadmodum iam antea, libera adhuc republica, poenae legis Corneliae de falfis locus erat aduersus eos, qui monetas abraserant. d) Eadem seueritate, in Codice, quem *IVSTINIANO* debemus, in titulo de *falsa moneta*, animaduertitur in adulteratores monetæ; et falsam monetam fabricantibus, poena capitalis, una cum domus publicatione decernitur; quae poena etiam extenditur in ipsum dominum, delicti licet haud partcipem,

a) lib. IX. Tit. XXIII.

b) ad l. 6. C. Theodos. de fala moneta T. III. p. 176. fqq.
c) l. 1. C. Theodos. si quis soli-

dos circa exter. circumcid.

d) l. 8. ff. ad l. Cornel. de falfis, Pauli Receptar. sentent. lib. V. Tit. XXV. §. I.

cipem, si domui proximus fuerit, nec delictum denunciauerit, exceptis viduis et pupillis, quia aetas eorum et imbecillitas, quid videant, ignorat e). Tutores autem, cum attendere debeant, a poena ista haud sunt immunes, sed ex eorum bonis erogatur, quod pupillus praestare debuisset.

§. V.

CVRA MONETAE OLIM PRIVATIS COMMISSA.

Quandoquidem igitur maxime salutares adessent leges, acerbissimaque in improbos monetarum adulteratores atque falsarios poenae, cura tamen, numos in commercio existentes examinandi, vnicce relicta privatis videtur, idque de eorum probitate iudicium, praeципue sibi adrogabant ipsi argentarii et numularii, qui et praeceptis magistrorum et diurna exercitatione, eam sibi dexteritatem in exploranda numorum bonitate adquisuerant, vt, teste HEINECCIO a), eos non quisquam temere falleret, sed statim veluti ex tripode dicebant, probus sit numus, an dubius, suspectusue? ponderisue legitimi an maligni, integer an adrosus, circumcisus vel strictus, obryzus an inquinatus vel subaeratus? Omnia enim haec, non modo oculis, pondere, lapide lydio, sed etiam tinnitu deprehendebant, probe attentes.

Si qua subaerato mendoſum tinnuit auro:
yti ait PERSIVS b), et pluribus probat MAR-

e) Tot. Tit. C. de falsa moneta lib. IX. Tit. XXIV.
tae ad iustum pretium §. XL. b) Sat. V. v. 106.

a) in Diff. de reductione mone-

B

QVARDVS FREHERVS c), quibus vnum illud elegan-
tissimum ARIANI d) addi meretur. *Videtis*, inquit,
ut in numismate, quum ad nos pertinere videatur, et artem
inuenierimus, et quot rebus argentarius ad eius exploratio-
nem utatur, ut visu, tactu, olfactu, auditu, denique pro-
iectione denario sonitum obseruat, neque unico sonitu contentus,
prae crebra attentione fit quodammodo musicus. Hi omnes
itaque, priuata auctoritate, et in suam potissimum rem
hanc artem faciebant, ac proinde, si quando de numero
rum bonitate et pondere incideret controvuersia, ad num-
mularios ibatur, ceu et AFRICANVS noster obseruat e),
et varia apud veteres exempla docent f). Eodem modo,
cura inuestigandi delinquentes, contra leges de
falsa moneta latas, magis priuatam quam publicam
fuisse, ex dispositionibus in titulo Codicis de falsa mone-
ta obuiis g), facile perspicitur.

§. VI.

POSTEA PVBLICA AVCTORATE PONDERATO-
RES CONSTITVTI.

Cum autem postea interesse videretur reipublicae,
publica potius auctoritate has lites dirimi: primus IV-
LIANVS

c) Parerg. lib. I. cap. XIV. in
Thefauro Iur. T. I. p. 880.

d) Diff. Epicet. lib. I. cap. XX.

e) in l. 39. ff. de solut. et li-
berat.

f) APVLEIVS lib. X. Meta-
morphos. p. 243. Elmenh. HIE-
RONIMVS in Epistol. ad Ephes.

lib. III. c. IV. fol. 184.

g) vid. e. g. l. i. C. cit. tit. vbi
ita CONSTANTINVS: cuncti
cognoscant, necessitatem fibi incum-
bere, huiusmodi homines inquirendi:
ut INVESTIGATI tradantur
iudici.

LIANVS imperator a) per omnes ciuitates constitui iussit ZYGOSTATAS, qui pro sua fide atque industria, neque fallerent neque fallerentur, vti ad eorum arbitrium, et ad eorum fidem, si qua inter vendentem emtoremque in solidis exorta fuerit contentio, dirimetur b). Ceterum ZYGOSTATAS istos vocabant etiam PONDERATORES, ad eosque pertinere videtur formula apud CASSIODORVM c), qua alicui monetae cura committitur. Vnde titulus vtriusque Codicis, *de Ponderatoribus et auri inflatione*: ad quem multa interpretes, ad quos, aliis intentus, iam, ne acta agam, lectores delegare debo.

§. VII.

HISTORIA DEPRAVATORVM MONETAE IN GERMANIA GENERATIM.

Ad nos quoque maioresque nostros peruenierunt falsarii, et Iudei maxime, qui numos aureos circumcidunt, eoque rem redigunt, dignissima quoquis supplicio solertia, vt ad pristinum, aureos non adnumerandi, sed adpendendi morem dudum redierimus. Nec eorum malitiam refrenare potuerunt saluberrimae leges, nec *Nemeios Carolinae* a) fat grauis animaduersio; nec poena in eos statuta, qui scienter hoc delictum non denun-

a) in l. 2. C. Theodos. de Ponderatoribus.

b) Ita se habent verba cit. l. 2. quae, observante HEINECIO cit. loc. non integra exhibet IVSTI-

NIANVS in codice suo.

c) Var. lib. VII. Cap. XXXII.

a) vid. Art. CXI. ibique interpretes.

denunciauerint b). Sed haec omnia priuatorum flagitia, adhuc essent ferenda, modo non ipsi, ius monetandi exercentes, monetam corrumperent, deterioremente redderent: cuius rei trifissima passim exempla deprehendimus. Plena enim sunt, querelarum problematumque politicorum rem monetariam spectantium, acta publica, ad exemplum LONDORPII aliorumque. Frequentes consultationes percensuit FEVSTELIVS c) et nouissimas, qui omnium diligentiam in hoc arguento superauit HIRSCHIVS d) collegit. Historiam vero legum, ab antiquissimis inde temporibus, ad nostra usque tempora circa rem monetariam latarum, B. AYRER e) exhibuit, legesque in primis imperii saluberrimas recensuit. Illae tamen omnes, eo rem haud perducere potuerunt, quo minus adhuc hodie verum fit effatum illud poetae sequioris aeui f);

Nostra moneta sonat cuprum, nil possidet ayri
Argentique nihil, fucus et ipse color.

et adhuc hodie numus, vti de suo tempore narrat MONZAMBANVS g), tenuitatis suae verecundiam, ipso colore non obscure praefere ferre cernitur.

§. VIII.

b) Edictum Monet. d. a. 1559.
§. 163.

c) in Diff. de iure monetandi
deque nouissimis circa eius exercitiū
consultationibus in comitiis.
Sect. II.

d) im Teutschen Reichs - Münz-

Archiv T. VI. et VII.

e) in citat. Prog. §. III. sqq. quib.
add. HEINECCIVS cit. diff. §.
XIII.

f) vid. B. AYRER c. I. §. VIII.
g) de statu imperii Germanici
cap. VII. §. vlt.

§. VIII.

RATIO DEPRAVATIONIS.

Misera praecipue in eo est Germaniae conditio, quod, quia eius territoria et reipublicae speciales ple-
raeque, non adeo late patent, et tamen ius cudendi
monetam, cum pluribus non modo imperii ordinibus a);
sed et cum mediatis quibusdam, quas vocant, ciuitati-
bus communicatum, fieri non possit, quin vicinorum
ordinum monetae, faepius non minore numero expen-
dantur quam domesticae, ac proinde aegre impediri
queat, quo minus improbi et nequiores numi paullatim
inundent Germaniam. Idque inter alia insignia incom-
moda, maximo reipublicae detimento est, ratione com-
merci, non solum cum peregrinis, qui speciale quasi
studium, in dignoscendis diuersis prouinciarum numis
collocare debent, sed etiam inter ipsos Germaniae mer-
catores, cum nemo eorum pecunia in patria sua vsitata
vti possit, si aliorum aliquid emere vult, nec pecuniam,
quod certo loco debetur, eo loco, secundum illius lo-
ci valorem sine suo damno accipere.

§. IX.

CVSTODIA REI MONETARIAE PRIVATIS OLIM
COMMISSA.

Quemadmodum apud Romanos, argentariis olim
priuata quasi cura rei monetariae commissa, et postea
demum

a) An iure superioritatis territo-
rialis, an speciali imperatoris con-
cessione? disquirit B. AYRER c. l.
S. VI. n. g.

B 3

demum Zygostatis et ponderatoribus publica auctoritate constitutis, id negotii datum erat, ut de probitate humorum iudicarent: ita et in Germania nostra simile priuatum institutum quondam obtinuisse reperimus. Passim enim in urbibus celebrioribus floruisse corpus monetariorum, cui ius erat, non modo priuatis auspiciis cudendi monetas, verum etiam ab aliis cūsas examinandi, iisque iustum statuendi pretium, **HEINECCIVS** a) obseruat: cuius ipsissima verba addere liceat. *Tales monetarios fuisse Argentorati, patet ex iure veteri Argentoratensium (den alten Stadt-Articuln) edito a SCHILTERO b)*, quod vir doctus ex aliis vetustis argumentis passim illustrat. Sed et alibi, veluti *Francofurthi, Weissenburgi, Spirae, Wormatiae floruisse huiusmodi collegia, testes sunt, HERZOGIVS c)* et **CHR. LEHMANNVS d)** quorum posterior ipsis productis diplomatis eo pertinentibus, *Spirae corporatos, illos anno demum MCCCXLVII eo se iure abdicasse docet.* Id vero et alibi paullatim factum esse, verosimile est, quum Coloniensisibus monetariis, anno MCCLVIII hoc ius, causa cognita ademisse **CONRADVM** Archiepiscopum, argumento sit, diploma apud **LVNIGIVM e)**. Simile quid de Goslarisibus constat. Exstat enim diploma Fride-
rī II anno MCCXIX. Id. Iul. datum f), quo primo ca-
vetur, ut nulla sit in urbe coniuratio, nec promissio, vel so-
cietas, quae teutonice dicatur, Eyninge vel Gilde, nisi so-
lum

- a) cit. Diff. §. XV.
 b) ad Jac. Koenigsh. Chron. p. 797. 813. 742. 856.
 c) Chron. Alsat. libr. VIII. cap. IV. et lib. X. cap. VII.
 d) Chron. Spirensse lib. IV. cap.
- XIV. p. 277. fqq.
 e) Spicil. Archivi Imperii T. II. p. 343.
 f) vid. IOH. MICH. HEINEC-
CIVS antiquit. Goslar. lib. II. p. 218. fqq.

lum MONETARIORVM ea de causa, VT CAVEANT DE
FALSIS MONETIS: deinde, ne bi homines iure tam emi-
nenti abuterentur, inserta est sanctio poenalis: si sub mone-
tario falsi numi fuerint prebensi, vbi eos aliqui dat, si non
poterit exhibere illum, qui eosdem numos sibi dederit, de fal-
so coniunctus esse iudicatur: quodsi gratiam apud iudicem in-
venerit, auro, argento vel cupro, seu quocunque censu pot-
erit, manum redimat, quod tamen non saepius, quam se-
mel ei facere licebit. Quodsi falsarius semel manum redeme-
rit, exlex vel infamis erit, quod vulgariter echtlos dicitur,
ac si pro falso manum perdidisset. Et sic, concludit tan-
dem, superioribus seculis, nondum fortassis excogitatis glis-
centibusque tot fraudibus, tanti non visa res numaria, quam
ad curam suam reuocaret vniversum imperium, sed sufficere
credita est, illa monetariorum, in praecipuis Germaniae ur-
bibus, hujus rei satagentium solertia; quos adeo, tamquam
oracula, adire oportuit eos, qui sibi consulere vellent g).

§. X.

CVRA PUBLICA REI MONETARIAE NOVITER INTRODVCTA.

At demum animaduersum est maioris momenti
esse rem numariam, eamque proprius attingere rempu-
blicam, quam vt eius cura, priuatis qua talibus possit
demandari. Quum enim, circa rem numariam, duo
poni necesse sit quasi fundamenta, quibus illa vniuersa
nititur,

g) vid. Generatim de hisce nu-
mulariis f. p. monetariis SCHMIDT
Allgemeine Geschichte der Handlung
und Schifffarth II. 13. et BVESCH

in der Abhandl. von dem wahren
Grunde des Wechsel-Rechts samt
einem Beytrage zur Geschichte des
selben. Hamb. 1770.

nitur, primum, vt numerus quilibet probus cedat in commercio, et loco omnium, id est pretium eminentissit: alterum, vt numerus sit in potestate maiestatis civilis, eaque omnia circa rem numerariam constitutac ac dirigat: neutrum sane obtineri posse docuit experientia, si priuatis tantum id negotium demandaretur. Hinc quamuis ius cudendi monetam, non omnibus imperii ordinibus commune sit, imo nec illis quidem proprium, sed plures etiam mediati, id ius, vel praescriptione vel priuilegio adquisuerint: ipsius tamen monetae cura, et ius eandem ad iustum pretium reducendi, proprium esse coepit ordinibus imperii immediatis, ita tamen, vt pars quaedam huius potestatis ad singulos, pars ad circulos eorumque directores, pars ad imperatorem et imperium pertinent.

§. XI.

PERTURBATIONES TAMEN TOLLI NON POTVERVNT.

Iis tamen non obstantibus hodienum ex una parte maior esse coepit, quam olim erat, adulteratorum humorum copia atque malitia, maior est monetae corruptio. Supersunt praeterea maxima incommoda, quae commercia premunt, et quibus nulla cura legislationis mederi potuit. Damna exinde orta autem, non solis commercantibus molesta sunt, sed integrae potius reipublicae; cum mercatores, in ipso commerciorum exercitio didicerint artem sibi consulendi, damique restitutionem ab emitoribus exigendi, vnde modo carius modo vilius pretium mercium, modo nouus ipsius monetae

netae valor oritur. De quo capite sequente plura pro viribus exponere studebo.

§. XII.

IDEMQVE LEGIBVS NOVISSIMIS FRVSTRA
TENTATVM.

Legibus quidem imperii huic malo mederi studuerunt: sed sine effectu. Iam enim MAXIMILIANVS I. imperator, disparitati monetarum, et abusibus ex parte statuum imperii monetas cudentium gliscentibus, obiciem ponere cupiens, in comitiis Wormatiensibus A. CCCXXV a) coronam imperiale omnibus numis in Germania cufis imprimi iussit, et Carolus V. omnes imperii ordines, hoc regali iure gaudentes, ad monetas suas, aquila bicipiti aciepto imperatoris nomine ac titulo insigniendas, adstringere voluit, quod deinde FERDINANDVS I. expresse repetit, variosque adeo numos, posthabita ista sanctione in publicum emissos prohibuit b). Sed praeter comites et ciuitates imperii, nemo fere reliquorum statuum, quippe qui grauiter inde conquesti sunt c), eam obseruavit. Sancitum praeterea est, ut quotannis, in singulis imperii circulis, conuentus monetales habeantur d), monetarum valor secundum praescriptam normam examinetur, atque ad justum

a) vid. DATT. de Pace publi-
ca cap. XXVI. §. 889.

b) KOEHLER *Münzgebräuche*
in Praef. tr. von dem Teutischen
Münzwesen.

c) vid. BVRGOLDENSIS ad

I. P. W. P. I. Diff. X. §. II. HIPPO-
LYTVS A LAPIDE de Rat. Stat.
imperii P. I. Cap. XIV. S. I.

d) WILDVOGEL s. Resp.
SCHIDLINVS de conuentibus
monetalibus len. 1707.

stum pretium reducatur e). Certus hinc quoque officinarum monetarium numerus determinatus, ad cauendas fraudes in clanculariis admitti solitas. Graues denique in transgressores legum imperii monetarium statutae poenae f): atque praeter reparationem damni per prauas monetas reipublicae illati, ad priuationem non solum iuris monetandi, sed etiam ad suspensionem a voto et sefione in comitiis extensae g); quae tamen omnia, ad impediendos illos abusus, non minus, quam ad alia rei monetariae incommoda remouenda, parum sufficientia fuerunt.

e) de qua HEINECCIVS cit. standi.

Diss. nom br. g) Capitulat, Caesarea Art. IX.

f) vid. art. CXI. C. C. C. STRYK §. 7.

Diss. de temeratoribus iuris monete.

CA-

C A P V T . II .

D E
IVRE MERCATORVM
CIRCA
MVTATIONEM VALORIS MONETAE.

§. XIII.

DE OCCASIONE MERCATORVM SIBI PROSPICIENDI

Quae superius in capite praecedenti, paullo plenius enarraui, haud exigui momenti incommoda, ex deprauato rei monetariae statu orta, directe redundant in mercatores; et quod pessimum, his malis nulla huc usque medela afferrri potuit, sunt enim eiusmodi indolis, atque naturae, ut seuerae legis auctoritate non coerceri et compesci, multo minus in totum remoueri se patientur. Mercatores, si in remotiores prouincias merces suas exportant, venduntque, aut exinde alias commercantur, ad ista negotia opus habent numis admotum varii valoris et formae. Formae autem monetarum, et qualitas interna, ex qua nempe earum valor in primis dependet, diuersae sunt in quoquis regno, in qualibet, potissimum Germaniae, prouincia: hinc numis visitatis in patria, non idem est valor in exteris regionibus, sed nunc maior, nunc minor, pro rerum conditio-

C 2

ditione. Pari ratione, vt differt interius valor numerorum, differunt quoque pretia mercium. Quodsi enim emtoris numi deterioris conditionis sunt, eo maiori pretio soluere eas, quas acquirere cupit merces, et e contrario, suas, longe minori ac viliori pretio vendere cogitur. Insigne quod inde saepius percipiunt detrimentum mercatores, causa est, cur summa industria, maximoque studio damna sua resarcire conentur: qua ratione vero id fiat, deque variis modis atque remedis, huic scopo inservientibus, sigillatim praincipia momenta in sequentibus exponere, animus est.

§. XIV.

DE MODO: a) AVGENDO PRETIA MERCIVM.

Primum hiorum remediiorum, quo vtuntur mercatores ad damna sua compensanda, est: pro ratione valoris monetae fixi in eo loco, vbi merces vendunt, premium nunc augent mercium, nunc diminuunt iterum. Quod igitur prius, ob numeros scilicet deterioris notae, aut quod idem, ob maiores in emendo expensas atque sumtus de lucro suo amiserunt, hoc denuo restituunt augendo in venditione, id quod tamquam residuum libertatis naturalis, in statu ciuili ipsis denegari nequit pretiis mercium. Arithmetices artis, et quas docet regularum computationis interni valoris numerorum peritissimus mercator a), tali modo rem eo perducere potest, vt totius danni sui restitutionem ab emtoribus exigat

a) vid. BVESCH Abhandlung in s. kleinen Schriften von der Hand vom Agio bey den Giro Bauchen: lung N. II. I. Anhang.

exigat b), atque ita saluus ab omni detimento lucri euadat.

At enim vero tunc omnis noxa ista in rempublicam, inque illas prouincias redundat, in quibus numi versantur peioris indolis deteriorisue notae, in comparatione cum iis, quos habet alia prouincia, ex qua merces huc afferri solent.

§. XV.

b) IN NUMIS PERMVTANDIS AEQUALITATEM EXIGENDO.

Alter quidam modus, quo detrimentum lucri mercatores auertere student, quod iisdem ex insigni diuersitate valoris monetae nascitur, et praecipuum illud remedium, quod adhibere solent, si ipsis non licet ubique locorum certo eodemque numerorum genere vti, est permutatione, sive commutatio monetarum. In ista permutatione monetarum semper requiritur monente b. ESTORE a) summus rigor in conseruanda aequalitate b), ne

C 3 quis

b) Pertinet huc, quod in statu A. MDXXX dudum sub Tit. *Gemeine Stimme von der Muentz*, seriae deliberationi propositum fuit, verbis: *Alle Waaren werden gegeben wie man Muenze hat, man tauscht den Haendler nicht, so erzeugt man auch sonst mit der geringen Muenze keine Befreiheit beym Haendler, denn giebt man ihm geringe Muenze, so gieb er theuer, damit er seinem Schaden wieder nachkomme, den er sich alle*

Wege nach der natürlichen Würde rung der Muenz, so sie des Sil bers halben hat, und nicht auf die hinsichtige, so aus der Achtung kommt, pflegt zu richten.

a) in Dill. de permisso et vetito collybo, quem *Agio* vocant. Cap. VII. §. XXVIII.

b) conf. H. GROTIUS de I. B. et P. libr. II. cap. XII. §. VIII. CHRIST. L. B. de wOLFF Ius naturae P. V. C. I. §. V.

quis plus, aut minus vicissim recipiat, sed omnino tam
tum quantum dedit, fecitue. Arduum sane ac difficillimum,
ne dicam plane impossibile negotium esse, qui
libet mecum consentiet, in tam mira rerum varietate,
in tanto dissensu de pretiis mercium aequae ac numorum
valore, ubique ac semper iustam illam strictamque con-
sequi aequalitatem, qua hic opus est, ne alteruter ex-
inde laedatur. Pretia rerum ad generalem quandam
normam reuocare, certosque iis fixosque constitutre fi-
nes ac limites, omnino est extra nostram potestatem;
pendent ista vnicē ab arbitrio et communi hominum opini-
onē c). Eadem plane est ratio, in permutandis di-
versis monetarum generibus. Pecuniae autem, cum
alia pecunia diuersae tantum formae permutatio, vo-
cari solet collybus, siue cambium manuale, minutum, der
Umfatz des Geldes d). A Romanis vero, argenti ven-
ditio, itemque argenti distractio e) nominabatur.

§. XVI.

PRETIVM PROPTEREA VEL EXPRESSE DETERMINATVR.

Vt in isto negotio, ab utraque parte, in tota illa,
quam inter se commutant, pecuniae summa, iusta ubiuis
seruetur aequalitas et requisita proportio valoris, si
nempe alter numos deterioris conditionis ideoque mi-
noris

e) vid. HVGO GROTIUS C.
L. S. XIV. B. ACHEWALL Ius
Nat. §. 203.

d) LÜDER MENCKEN syste-
ma Iuris civilis libr. XVIII. Tit. V.

§. IX. DE WOLFE. C. I. §. III.

e) Arg. I. 27. C. de Pign. et Hy-
poth. I. 2. §. 2. C. de Conflit. pe-
cun. I. 12. §. 3. C. de Cohortal.

noris valoris, alteri tradit pro pecunia maioris valoris, prius inter se conueniunt de ratione compensandi detrimenti, quod alias ex commutatione numorum diuersae qualitatis et valoris enasceretur. Determinant nempe in quoquis casu relationem diuersorum monetae generum, indeque summam debitam dependendam, pro eo, quod numi diuersa forma substituantur seu cambiantur, et ita, pretium, quod alteri deest, compensant per *collybum* quandam a), quem Italici *agio*, quasi dicas pecunia adiecta, Germanici *Aufgeld*, *Aufwechsel* vocant. Definiunt hoc, quod sit *lucellum*, quod datur, ob *permutatos numos diuersi generis et qualitatis b)*, siue, *pretium pro commutatione numorum debitum*. Alio modo hoc exigitur per *dtractionem* quandam, ubi id quod deest valori pecuniae acceptae detrahitur et retinetur, ab eo, qui aliam meliorem reddit pecuniam, ita ut pretium eius detrahendo definiatur, quod vocant *per disconto c)*, eoque sensu optime conueniens est definitio, quam tradit MARQVARDVS d), quod sit, *deductio quaedam, quam*

a) Lepidum huius rei exemplum exhibet impressum sub Tit. *Kurzes und einfältiges Münzsprach zwischen einem Priester, Kaufmann, Münzmeister und Fuhrmann a. 1676.* editum: ubi mercator, Ministro illo, conquerenti, quod cum filio studiorum causa centum Thaleros in specie Argentoratum mittere voluisse, XIV pro centum *collybi* instar dare debuerit, ita respondet: — *der Herr hat, da der Wechsel auf species Thaler gestellt, den Kaufmann nicht zu viel* bezahlt, indem er solche selbst so hoch bezahlen und einwechseln müssen.

b) Vid. GEORG. FRANZIVM in Comment. ad ff. libr. II. Tit. XII. n. 29. IOH. HEINR. BERGER in supplement. ad electa proc. executivi §. XVIII. et FLENDER in Diff. de re Monetaria Thes. VIII. n. I.

c) vid. B. I. G. ESTOR cit. Diff. cap. XIX. §. CXXVI.

d) de iure Mercatorum libr. II. cap. XII. n. 21,

*quam sibi cambiores RETINENT, vel ob mercedem suam,
vel quia sua tantum intersit, pecuniam potius retinere,
ob monetae varietatem.*

§. XVII.

VEL TACITE, PER VSVM.

Hoc idem quoque incrementum summae, quandoque, quasi corollarium, vbi potissimum de diversa monetarum relatione constat, citra conuentionem ex aequitate et indemnitas causa exigunt, atque praefstant. Tali modo norma quaedam enascitur in determinando valore monetae; haec vero minime pro perpetua est habenda, sed tantummodo pro temporaria, cui limites suos conscribunt rerum conditiones variae, et hinc in infinitum mutari solet. Nulla scilicet re alia definitur atque constituitur valor monetae, nisi tacita quasi hominum conuentione, et is iterum mutatur, nunc augendo nunc diminuendo a). Varium, et creberrimis mutationibus obnoxium huncce valoris siue pretii numerorum statum, eiusque fixas pro arbitrio normas, designat consueta inter Germanos appellatio, *der Geldcours*, quem ita recte definire licet: quod sit, *valor monetae mercatorum conuentione determinatus*: vel premium aduentum numi vulgare, quod cuidam numerorum speciei, aliquo temporis momento a commercantibus statui solet.

§. XVIII.

a) Indicant hoc Galli propterbio,
Change et vent thange souvent: et
Germani, teste HERTIO de Pa-
roem. Iuris Germanici Libr. I. §.

XLIV. in Opuscul. Vol. I. p. 480.
Backenstreiche und Kärfte sind un-
gleich, conf. RICCARDI traité ge-
neral de commerce p. 105.

§. XVIII.

FUNDAMENTVM IURIS MERCATORVM NITITVR
IN EO, QVOD SINT ARTIS PERITI.

Cuilibet, etiam in rebus ac negotiis mercatorum minus versato, notissima est res, haec variabilis in valore suo pecuniae conditio, quae augendo nunc, nunc diminuendo, fit principalis causa et fundamentum huius mutationis. Determinatur scilicet augmentum et vi-cissim iterum diminutio pretii et rerum sive mercium, aequae pecuniae ipsius, non quidem affectu singulorum, sed ex propria rei natura atque indole, habito simul respectu qualitatum, temporis, loci, personarum, onerum et quae sunt alia similis conditionis; quae certe nullo pacto, nisi sola mediante hac taxatione mercatorum definiri queunt a). Et, licet vel maxime mercatoribus per se quidem non sit ea auctoritas, quae iisdem vim tribuat, pretium atque internum valorem pecuniae publicae pro lubitu augendi vel diminuendi; tamen hanc ipsam auctoritatem mediate consequuntur: eorum enim (vt vocantur) deputati, veluti collegium mercatorum rite ac legitime constitutum, determinant facta conuentione, pretium numorum. Hinc, sive legis, sive consuetudinis vigore et auctoritate id faciant, perinde est, ac si lege publica id sanctum fuerit, et sane nullum hic video discrimen; quid enim aliud est lex, quam commune praeceptum virorum prudentum? Iam itaque extra omnem dubitationem positum esse credo, fundamentum iuris mercatorum valorem monetae de-

a) vid. MARQVARDO de iure Mercatorum c. l. n. 37. et 38.

terminandi. Sed si stylus mercatorum, ne cum hac quidem taxa publica coincidit? saepe enim inter eos ex diverso bonitatis interioris gradu, raritate transitoria aut stabili humorum, tamquam mercium homogenearum, pretium intenditur, tunc de alio fundamento indagando solliciti esse debemus, de quo iam latius differere, animus est. Sufficit hic, ex dictis iam satis patere, quod mercatores, tamquam artis periti, sint iudices competentes rei monetariae, isti enim de pecunia saepe longe aliter sentire solent quam alii, qui in numerata pecunia, non tam ad corpus, quam ad quantitatem b) respiciunt.

§. XIX.

COMMERCIVM EXTERNVM LIBERTATE NATVRALI
PRAEDITVM EST.

Mercatorum ius, valorem monetae determinandi, vim suam potissimum habet in commerciis, quae b. ESTOR a) mutuas rerum inter duas pluresque commutationes, HEINECCIVS vero b), rerum operarumque cum aliis communicationem definit, in quibus vi naturalis et perpetuae libertatis illorum, commercantes diuersarum gentium, pro arbitrio pretia rerum secundum diuersitatem circumstantiarum determinant. Poteſt autem omne commercium, ſi ad certam rem publicam referatur, commode in internum et externum dīvidi.

b) L. 49. §. 1. D. de ſolut. et lib. l. 30. pr. l. 34. §. 4 et 5. D. de le- gat. I.

a) cit. diffl. cap. XX. §. CXXX. III. Ex. XXX.

b) in diffl. de iure principis circa commerciorum libertatem tuer- dain, §. II. in *Einsd. opuscul.* T.

vidi. Illud et *domesticum* vocari solet, ac ciues id exercent, cum ciuib; adeoque necessarium fere; hoc vero illis cum exteris intercedit. Commercium externum, duas iterum diuersas formas habet, alteram videlicet, qua nostra exportantur, alteram, qua inuehuntur peregrina. Quae mercium nostrarum exportatione absolvitur commercii forma, ea, *commercii sigillatim actuum*; quae vero in peregrinarum mercium inuestigatione confitit, *commercii passuum nomine* venit c). Commercium domesticum determinationi principiis indistincte subest: externum autem plus libertatis habet, cum inter subditos diuersorum territoriorum exerceatur, quibus adeo unus princeps legem absolute praescribere nequit. Id in eo potissimum fese exserit, quod, cum princeps, in suo territorio, monetae pretium hoc illudue tribuere possit, gentes aliae, cum quibus mercatura fit, non ad illud pretium respiciant, sed ad iustum pondus metallique probitatem d); in eoque, quum vi libertatis naturalis, inter eiusmodi commercantes obtinentis, ipsis liberum sit, an et quomodo res suas in alios transferre velint, aequalem praestationem mutuo exigant. Est hoc fundamentum illius regulae, quam mercatores pari vocant, Galli autem e) le pair des monoyes.

§. XX.

rum in utilitatem subditorum restringendi §. III.

d) vid. ESTOR. c. diff. cap. XX. §. CXXXI.

e) conf. ISAAC NEWTON des titres des monoyes étrangeres. MONTESQUIEU l'esprit des lois

c) Ita has diuisiones ex diff. d'el commercio d'el Marchese GIROLAMO BELLONI Romae 1750. edita et versa a SHUMANNO Lips. 1752. 4. cap. I. §. 4. refert Perill. G. L. BOEHMER in diff. de iure principis libertatem commercio-

D 2 RY p. 298.

§. XX.

PRINCEPS ENIM EXTERIS LEGEM DICERÉ
NEQVIT.

Ex his iam facile potest intelligi, quid dicendum sit de quaestione, an non iniuste agant mercatores, si solidos publice adprobatos recusant? prohibitum hoc olim fuisse, docet Extractus ex lege Visigothorum *a)*, vbi id expresse prohibetur. Reuera enim non potest numus probus ac iustus, a subditis, sine principis iniuria repudiari, vel viliori pretio expendi *b)*: cum non fieri possit, quin in ipsum principem, vti monet *P V FENDORF c)* eiusque iura contentui habere, commerciaque mirifice turbare *d)*, videatur, qui eius numos

*p. 298. sqq. GOTTFR. CHRIST.
BOHN Wohlersfahrner Kaufmann.
P. II. p. 321. GOTTFR. AVGUST.
HOFMANN Klugheit hauszuhalten
P. III. p. 427. Id olim maiores
nostros fecisse, nec se forma decipi possos esse, sed numos probos
argenteos, hosque iusto pondere
et genuina materia excusos exegisse, testis est TACITVS in li-
bro de Moribus Germanorum.
cap. V. conf. RICCARD traité
general de commerce p. 393.*

*a) libr. VII. Tit. VI. L. V. apud
HIRSCH im teutschen Reichs-
Münz-Archiv. T. I. nr. 1.*

*b) conf. HEINECCIVS in
diss. de reductione monetae ad
iustum pretium. §. XII.*

*c) in Iure Naturae et Gent.
libr. V. cap. I. §. XIV. conf. CON-
RING de re numaria in quavis re-
publica recte constituta §. X. et
XXXV. sqq.*

*d) Pertinet hoc specialis consti-
tutio, quae Bremae d. XIV. No-
vembr. ccccxcii. prodiit, vbi ita
disponitur: Verordnet und befiehlt
ein Hochdeuter und Hochweiser
Rath in Kraft dieses iedermänniglich
insonderheit den geschworenen Mae-
kelern ernstlich, und bey des Herrn
Camerarii schärfster Strafe, auch
Verlust ihrer Bedienung, hinführo
keinen Wechsel noch Contracten,
als in devalviren und nun angesetz-
ten Valor der Münzsorten zu schlie-
ßen.*

probos et iusti ponderis temere reiicit, aut pro viliori
pretio expendit, et in commercium deducit, cum ad
principem spectet pretia rerum definire e). Etiam si
per se vera esse haec omnia negari non possit, probe ta-
men tenendum est, hoc vnicē locum habere, in respe-
ctu ad commercia interna atque domestica, ad commer-
cia vero externa minime applicari posse. Quod enim
principi tribuitur imperium, illi, non nisi intra terri-
torium competit f)). Quo iure igitur imperium prin-
cipi extra limites territorii sui negatur, eodem etiam iu-
re ipsi non potest non negari ius atque potestas, prae-
cipiendo extraneis, monetas suas pro eo pretio, quod
ipsis tribuit, accipiendo. Licet potius eiusmodi ex-
traneis personis, monetam aliarum gentium, vel rej-
cere vel viliori etiam pretio accipere, nisi pretium, et
bonitati materiae, et quantitati rerum permutandarum,
et aliorum numorum proportioni respondeat, ita, ut
non plus pretii viliori nec minus nobiliore materiae,
quam par est, impositum sit g)). Quemadmodum enim
onerofae pactiones in genere, ita potissimum commer-
cia mercatorum diuersarum Gentium inter se summam
desiderant aequalitatem h).

§. XXI.

e) E. ff. de off. praef. Urban.
f) Vid. Perill. G. L. BOEHMER
cit. diff. §. XIV.

g) L. CRAMER diff. de Mone-

ta §. X.
h) vid. HUGO GROTIUS in
I. B. et P. libr. II. cap. XII. §. VIII.

§. XXI.

INDE FLVIT CONCEPTVS LIBERTATIS
COMMERCIORVM.

Quum itaque princeps, extraneis legem dicere nequeat, quanti pecuniam suam accipient, leges quoque eius mercatoribus sui territorii cum aliis commerciantibus, non prosunt in emendo, pari modo, iisdem in vendendo et pecuniam accipiendo praeiudicare non debent a). Et in eo, vera libertatis commerciorum ratio mihi posita videtur, quam iusto latius extendit HVGRO GROTIUS b), et ad suos limites rededit Perill. G. L. BOEHMER c) et I. G. HEINECCIVS d): qui intra territorium, omnimodam quidem principis potestatem circa commercia, ex sat firmis argumentis defendunt, ultra illud autem, eam perperam extendi, demonstrant.

§. XXII.

IN IIS DVPLEX MONETAE AESTIMATIO.

Duplex, ex eo, quod extranei monetae valorem externum attendere haud soleant, pecuniae aestimatio in commercio externo oritur: Primo spectatur tamquam mensura, ad quam pretium rerum commutandarum exi-

a) Notatu digna est obseruatio B. ACHENWALLII in der Staats-Klugheit nach Grundsaetzen II. Th. VI. Hauptstück §. 19. ita scribentis. Seit der Erfindung der Wechsel ist die Oberste Gewalt weniger Meister ueber das Vermögen Ihrer Unter-thasen.

b) in Tr. de Mari libero Cap. I. et de I. B. et P. libr. II. [cap. II. §. XIII. conf. quoque s. CACCIAS c. I. §. XIV. sqq.

c) cit. diff. §. XIV. sqq.

d) in diff. de iure principis circa commerciorum libertatem tuerdam. §. VI. sqq.

exigimus, ita tamen, ut ad ipsum numi, quo nundinamur valorem interiorem, hoc est, bonitatem materiae eiusque pretium vulgare, et pondus, quo constat, quodammodo attendamus: Secundo et quidem potissimum in hac doctrina, tamquam merx *a)*, quae quotidie cum simili merce commutatur, et nunc viliori nunc cariori pretio venit; cum hoc respectu aestimatio ex intrinseca bonitate fiat *b)*, et pro diuersitate materiae diuersa sit.

§. XXIII.

RATIONES SVNT, VEL OMNIBVS MERCIBVS COMMUNES.

Rationes istius diuersitatis in pretio monetae obuiae, ex una parte, communes sunt pecuniae cum aliis mercium generibus, ex altera vero parte, naturae rei monetariae propriae. In illis indagandis occupatus est VFFELMANNVS *a)*, in iisque principaliter refert rationatem et utilitatem, quibus tamen non immerito adnumeratur indigentia *b)*, cum aliter raritas vix attendatur. Accedit porro, ipsa negotiationis ratio, quippe quae, non tantum pluribus paucioribus impensis quas mercatores faciunt, sed et periculis atque laboribus, quos

a) Vid. B. ACHENWALL c. I. VII. Hauptfluck §. 30. PESTEL in progr. de pretio permutationis numerorum Rintelii MDCCCLVII.

b) vid. CARPOV Part. II. Const. XXIII. n. 8. conf. SHLEVOGT f. Resp. PHENNIGK diff. de rei numariae mutatione et

augmento. Ien. CIOICLXXXIX.

a) in diff. de mensura pretii rerum. §. XII. sqq.

b) HVGQ GROTIUS de I. B. et P. libr. II. cap. XII. §. XIV. B. ACHENWALL c. I. VIII. Hauptfluck. §. 28.

quos sustinent, constat. Perfectio praeterea rerum, et in pecunia, bonitas eius, facile pretio aliquid addere vel detrahere potest. His denique, temporis locique conditio non leue momentum solet adferre, ita enim, fieri videmus, ut diuersis anni temporibus, res aliter atque aliter aestimentur; eodem modo pecuniae valor crescit atque decrescit c). Quantum vero loci circumstantiae efficere possint, hoc vnicum potest testimonium sufficere, quod nempe diuerfa, diuersis locis vectigalia pendantur, et facilius iterum aut difficilius alicubi res venales aduehantur vel auehantur: quae omnia, quum ad omnium mercium valorem effectum habeant, suo modo in pecunia locum inueniunt.

§. XXIV.

VEL PECVNIAE PROPRIAIE.

Rationes aliae, quas vt proprias considerare possumus, efficiunt, vt in specie numi, alii, aliis aestimabiliore habentur. Recensum eorum exhibit laudatus **P E S T E L a)**; qui primo hoc refert ipsam legum monetiarum ab anno inde MDLIX ad nostrum usque tempus latarum diversitatem in constituenda numorum ratione, cuius causam repetendam censet a diminuta argenti, quod in officinis monetariis possit percuti copia b), et mutata ob id auri argenteaque proportione. Secundo, quod legibus alia admittatur numorum argenteorum maiorum (gro-

a) Vocant hoc collybum arbitratum das willkürliche Agio vid. **B V E S C H**. c. I. et **P E S T E L** diss. cit. p. 9. vid. si lubet §. XVII. (na) a) Progr. cit. de pretio permu-

tationis numorum pag. 5. fqq.

b) Ratio ista latius persequitur in impresso citato sub Tit. *Kurzer und einsaetiges Munzgespräch*. vid. sup. §. XVI. (na)

(*grober Silber-Münzen*), et minutiorum proportio. Quo fit, vt, si ne quidem ad commoditatem numerandi, adseruandi, aliorum transportandi aduertis animum, ob interius tamen pretium, maiores illi pluris aestimenter c). Huic tertio subiungit, quod valor externus numerorum argenteorum maiorum intendatur ex raritate; cum illi parcus, minutiores affluentius eudantur. Accedit quarto, quod mercatores cum exteris numi Germanici pretium intendant; et quod hi, in proportione inter argentum, cui rarius pretium statuunt, et aurum, a nobis differant: quam ob causam, ingenti cum detrimento, cum exteris mercantur Germani, in primis, cum quaestuosa numulariorum sagacitate, numi argentei probi cupide emantur et exportentur. Quinto minime negligendum esse monet, malum, tentatis quibusue medelis huc usque superius, vt numorum intra Germaniac fines percussorum, ingruat copia, seu ad trutinam monetariorum examinandi, pondere legitimo leuiores, seu materia ob nimium aeris admixti deteriores, seu admissis simul in pondere et materia lacunis peiores feriantur. Sexto denique huc refert, quod, cum non satis parce et prouide imperatores antiquitus dispensauerint monetandi priuilegia; Germani, non ea qua finitimi populi fruantur felicitate, vt apud eos numi ubique eudantur uniformes h. e. non tam eadem ubiuis forma percussi, quam praesertim ad eandem numerandi rationem attemperantur.

c) Conf. h. l. *Anonymi (PRAVN)* von dem teutschen Münz-Wesen aelterer und neuerer Zeiten. Helmst. *Gründliche Nachricht vom Münz-Wesen insgemein, insbesondere aber* 1741.

ti, sed infinite discrepent: et sic hoc nomine pluris aestimentur illi, quibus, quoconque iter feceris, ubique soluendum sit, absque iactura vbius mercari et soluere licet.

§. XXV.

FUNDAMENTVM IURIS MONETAE VALOREM DETERMINANDI INTER PRIVATOS.

Inter ipsos priuatatos denique iustitia huius aestimationis facillime defenditur, cum pretia rerum tantoper varient, hinc etiam, pretium pecuniae augeri, et numi, aliter quam taxatio publica constituit, expendi possunt, quando pecunia non erogatur ut pecunia, sed vti merx, v. c. quando aurifabro ad aliquid inde faciendum venditur; et potissimum si cum pecunia permutatur, cum ibi non habeat certum et a lege determinatum valorem. Nec praeterea iniquum est, si eiusmodi hominibus, minutos argenteos et aureos numos, pro cambiis paratos habentibus, pro labore et industria aliquid supra communem valorem relinquatur, modo non vsuraria inde fiat prauitas. Ipsi quoque ii, qui plus solvere tenentur, propter commoditatem, quae inde in eos redundat, minime conqueri possunt, cum, minutam pecuniam, ad quotidianum usum opus habentes, eam pro aurea, hanc vero, pro commoditate translationis requirentes, pro minuta accipiant.

§. XXVI.

§. XXVI.

SPVRIVM REMEDIUM AVERTENDI DAMNA INDE
ORTA EST DISSOLVTIO COMMERCII.

Haec sunt circiter principalia capita, quibus iustitia huius taxationis mercatorum innititur. Et in eo, tanto magis excusationem merentur atque assensum, cum vix spem concipere liceat, fore vnuquam, ut omnes gentes commercentes, de redigenda ad vnuiformitatem moneta, inter se conueniant. Effecit mercatorum solertia, vt, pro diuersa negotiationis ratione, per adventitium pecuniae valorem, gentes, quarum commercium actuum excedit passuum, quaeque plus mercium alteris relinquere et aduehere possunt, quam ab iis accipiunt, quod vocant *die Handlungs - Balance haben*, peculiare lucrum ex pecunia ita secundum valorem internum aestimata capiant, nulla habita ratione, an peior an melior sit alterius gentis moneta. Idque damnum vix vlo modo potest auerti, nisi rupto in totum commercio. Potest quidem imperans, vi iuris territorialis, hoc simpliciter efficere a), non tamen sine insigni reipublicae detimento effici poterit. Nulla enim res publica, regio, omnium rerum copia tam diues existit, quin alterius ope indigeat b).

§. XXVII.

a) Perill. G. L. BOEHMER cit. b) vid. DAVID WENDLER IUS
Diff. §. IX. HEINECCIVS cit. Maiestatis circa monetas §. XVI.
Diff. §. XV.

E 2

§. XVII.

ET PROHIBITA MONETAE EXPORTATIO.

An prohibitione exportandi monetas, vel etiam legali determinatione valoris monetae in commercio id effici possit? hoc loco quaerere, non alienum videtur. Tentatum fuit hoc in *Suecia a)*, sed frustra id factum notat celeb. a *SONNENFELS b)*. Ratio in aprico est; quamdui enim vna gens altera carere nequit; adeoque commercia inter finitimos, vt intercedant, necesse est, cum per inuestitionem mercium alienarum, respublicae inter se vna creditrix altera debitrix euadat, eiusmodi legibus vt parcatur, nequaquam poterit obtineri; idque potissimum ratione valoris monetae ex libertate commercii, quam supra exposui, intelligitur.

§. XXVIII.

EMENDATIO MONETAE ET AVCTIO COMMERCII ACTIVI PLVS EFFICIVNT.

Nec id damnum per emendationem aut mutationem monetae, vel ideo auertitur, quamdui altera gens in commercio potior est, cum tanto maiorem mox capiat utilitatem *a)*: licet negari nequeat, quodammodo meliorationem monetae facere ad lenienda mala in rem publica

a) Speciali Edicto d. d. XXVI.
Mart. MDCCXLV.

b) in der Staats-Wirthschaft C.
XIII. §. 325. B. ACHENWALLI

I. c. VI. Hauptstück §. 45.

a) MARPERGER Neu eröff.
netes Handels-Gerichte cap. XV. p.
239.

publicam redundantia b). Aequalis enim monetarum bonitas, in commercio mutuo, si numi omnibus placent, et ad mentem et opinionem adcommodatae sunt, eorum: quos interest commercium, illud admodum subleuare potest. Potissimum vero commendari mereatur, id, vt curam habeat princeps, quo eas domi habeat merces, quibus ad se exterorum attrahat monetam, cum ex sola ratione compensationis mutuorum debitorum, et ex aucto vnius alteriusue reipublicae statu cursus monetarum augeatur, pretium minuatur c). In his praeterea negligenda haud est attentio principis, ne merces exterorum quascunque admittat, qua impedit potest, quo minus praetextu mercium exoticarum pecunia ad Gentes extereras deferatur d), et valor monetarum in damnum reipublicae suae augeatur minuaturue.

§. XXIX.

CVRA SENATVS BREMENSIS CIRCA REM MONETARIAM.

Quantopere SENATVS BREMENSIS saluti reipublicae prospicere et damna ex depravatione monetarum oriunda auertere studuerit; probat mos, Bremae olim visitatus, populum de monetis deterioris notae in Circulo Saxoniae inferioris et Westphalico cufis, certiorum reddendi, numerosque ad iustum pretium reducendi, vel e commercio remouendi. Eandem non satis collau-

b) vid. VFFELMANNI diff.
de Mensura pretii rerum §. XXXII.

c) FORTBONOIS Elemens de
commerce Chap. VIII.

d) conf. BESOLDVS de ac-
rario cap. IV. n. I. B. ACHENWALL
l. c. VI. Hauptfluck §. 42.

laudandam assiduamque curam docet series edictorum monetalium a): ab anno inde MDCXII vsque ad annum MDCCLXIV promulgatorum, quibus, numos de prauatos atque viliores a commercio interno et vrbe arcere, SENATVS AMPLISSIMVS studuit. Nequam vero mihi persuadere possum, iisdem saluberissimis constitutionibus intuitu libertatis commerciorum, aliquid mutari potuisse: licet in dubium vocari nequeat, maximum inde commercio interno redundasse commodum; et incommertia externa, bona reipublicae commercientis moneta, egregie subleuari.

a) Edict. d. d. 15. Aug. 1612	Edict. d. d. 7. Nov. 1717
— — 17. Mart. 1638	— — 25. Ian. 1718
— — 15. Nov. 1660	— — 3. Ian. 1727
— — 19. Sept. 1673	— — 16. Nov. 1735
— — 8. Mart. 1680	— — 28. Ian. 1739
— — 24. Febr. 1681	— — 21. Dec. 1758
— — 4. et 14. Nov. 1691	— — 16. Apr. 1759
— — 27. Febr. 1708	— — 25. Ian. 1764
— — 22. Jun. 1715	



THE

THESES.

in Gundelam libyorum (longus est) et
bei Wacie (nisi) ad manu scribatur

III.

I.

Lex, simpliciter quid prohibens, nec ullam poenam adiiciens, acium nullum reddit.

II.

Legum interpretatio priuatis perperam denegatur.

III.

*Doctior, minor XXV annis, beneficio R. I. I.
gaudet.*

IV.

Duplici fundamento actio de receptis nautarum, cauponum, et stabulariorum, nempe ex quasi contraciuitate, et ex quasi delicto, nascitur.

V.

Actio de receptis ex quasi contraciuitate probatione facilior est ea, quae quasi ex delicto oritur.

VI.

292 VI

*Ius Compascui stipularum, (quod teutonice Stop-
pel-Weide audit) est mutua seruitus.*

VII.

Infames iure ciuili possunt esse procuratores.

VIII.

*Transactio de adulterio non valet, maritumque in-
famem reddit.*

II

*Remissio vero gratuita ex parte laesi non obstat le-
gibus.*

III

XXX

D

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173

173


Göttingen, Diss., 1775-76


ULB Halle
005 301 432

3



Sb.





1776, 6
16

DISSERTATIO
IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

VALORE MONETAE
MERCATORVM AVCTORITATE
MVTATO.

QVAM

A V S P I C I I S R E G I I S

CONSENTIENTE

INCLYTO ICTORVM ORDINE

DIE XX FEBR. C^{CC}I^{XX}CCLXXVI.

PRO

OBTINENDO DOCTORIS GRADV

DEFENDET

T H E O D O R V S O L B E R S

BREMENSIS

G O E T T I N G A E

LITTERIS JOANN. CHRISTIAN. DIETERICH ✓

ACADEM. TYPOGR.



391

P. Böhme